UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quidam è turri defiliens nullatenus offenditur B. virgine ab eodem deuote inuocata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

HOMO QVIDAM EVIDENS EVA- dit vitæ periculum ad Beatæ virgi- nis inuocationem.

CAPVT III.

CIrca S. Guiſleni partes famulum quen- dam fortuito euentu in foſſa profunda, ex qua carbones deſumebat, terra penitus ob- rui contigit. Tali autem ac tanto expoſitus vitæ diſcrimini, pio corde piam Virginis im- plorauit opem, ſimulque Cameronæ ſeipſ- deuouit peregrinum caſu quo contingeret i- pſum incolumen euadere. Tam felicem voto ſortita eſt exitum pia eius oratio, vt cum mul- tis alijs teſtibus Camberonam aduenerit pi- ſimæ Domine gratias acturus, quæ cum è tali eripuerat vitæ periculo, in quo miſerè fuerat prolapſus.

QVIDAM E TVRRI DESILI- ens nullatenus offenditur B. virgine ab eodem deuotè inuo- cata.

CAP. IV.

HOmo quidam Valencenis ſtrictiſſimè in quadam munitiſſima turri conclu- ſus, vix ſeipſum B. Virgini Cameronenſi pe- regrinum denouerat, cum perfecta corporis & animi ſui reſignatione ſub potenti fidaque eius tutela, quando ſingulari animoſitate per

ſtu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

feneſtram abſque vlla membrorum commi-nutione incolumis è turri præceps deſilijt, & poſteà conſequenter omni cum pietatis affectu & gratiarum actione Camberonam venit votum peregrinationis perſoluturus.

MVLIER PERICVLOSE INTVMEſcens à tumore ſubleuatur, voto ab eadem B. virgini facto.

CAPVT V.

GAndenſis quædam mulier ita pericu-loſè toto corpore intumuerat, vt nec chirurgus nec medicus occurreret, qui ei ali-quid ſolaminis adferre poſſet. Extremè anxia vrgetur, promiſit voto Camberonam venire: & ecce nocte immediatè ſubſequenti à morbo liberata fuit, tumore diminutiuo ad quartam partem cum media vnius vlnæ, reſpectiuè ad zonam propriam, qua communiter præcingebatur. Eoque accepto beneficio, venit ſtatim poſteà ante imaginem Beatæ Virginis Camberonę ſauciatam, vt eidem quas poſſet referret gratias.